Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Bibliorum summae - Cod. Aug. pap. 27

[Reichenau], [15. Jahrh.]

Samuel

urn:nbn:de:bsz:31-72803

Visual Library

ter marie Anna prophetissa Et tobias iunior post centum et nouem annos
mortuus est etc

Hystoria danielis

Prophetauit in caldea daniel qui erat de semine re
gio et fuit adeo castus q contribulibus suis spado videt(ur)
Hunc librum transtulit Jeronimus ad petitionem paule et eustochij
in latinum Confectum est autem Cum nabuchodonosor duxisset
in babilone nobiles pueros iudeorum inter quos erat da
niel et socij eius ananias misael et azarias Et mutauit rex
noia eorum et dicti sunt baltasar Sydrach Misach et abdenago
et tradidit eos preposito eunuchorum Et fecit eos erudiri primarijs
litteris grece et caldeis et iussit eos dare cibum de mensa sua prop(ter)
sit autem eunuchos specialem illis preposuit preparatorem malasar nom(ine)
Cumque cogeret eos malasar comedere de cibo regis videbat(ur) eterum
macilentiores nolebat contaminari cibis gentium Dixeruntque ad eum
Tempta nos obsecro diebus decem et da nobis leguminia et aquam et
post hec contemplare vultus nostros Quod fecit malasar Et facta sunt corpora
eorum limpida et laboribus apta Et dedit deus eis sciam et proprie
danieli intelligentiam sompniorum et visionum Peractis igitur illis
annis statutis sunt oblati nabuchodonosori de quibus quia satisfactus est rex ab
eis vicit decuplum super ariolos aruspices et magos Et fuit daniel
in honore in caldea usque ad darium et cyrum etc

Porro nabuchodonosor vidit sompnium quod fugit ab eo Conuocauit
autem coniectores Et dixit eis Vidi sompnium sed nescio quod vi
derim Qui dixerunt Dicat rex sompnium et interpretatorem eius
indicabimus Et ait rex Nisi sompnium et coniecturam eius indicaueritis
peribitis Et dixerunt Non est homo super terram qui sermonem tuum rex
possit adimplere Tunc precepit rex interfici sapientes babilonis
et querebatur daniel et socij eius ut perirent Daniel autem rogauit
regem prandiuntij ad unam noctem Quod factum est et orauit cum suis socijs
deum Ingressus est ad regem et dixit Non est homo sub celo qui possit
implere Sed est deus in celo qui reuelat misteria que videbant tibi
futura visiones cordis tui hee sunt Tu cogitabas et statum tuo
quis post te teneret mundi principatum quod ostendit tibi deus Videbas
coram te statuam grandem et terribilem cuius caput et collum erat de au
ro pectus et brachia argentea venter et femora ex ere tibie
ferree Pedum quedam pars ferrea quedam fictilis et abscissus est lapis
de monte manibus et percussit statuam in pedibus et contriuit eam et re
dacta est in fauillam que rapitur a vento et non est inuentus locus eius Lapis
autem factus est mons magnus et impleuit uniuersam terram Nunc
audi rex interpretationem eius Tu es caput aureum et post te consurget
aliud minor te videlicet medorum persarum et regnum tercium Illud
eneum scilicet grecorum quod imperabit uniuersis terre Et quartum regnum erit
velut ferreum scilicet regnum romanorum quia sicut ferrum domat omnia
metalla sic illud conteret omnia hec Porro quod vidisti partem pedum
testeam et partem ferream et sicut ferrum non potest commisceri teste sic
erunt in eo ciuiles discordie et una pars solidabitur et pars altera
conteretur Tunc suscitabit deus regnum celi quod comminuet omnia hec
regna et stabit in eternum Tunc adorauit danielem dicens Vere
deus vester deus deorum est Et dedit rex seruis danielis principatum
super omnes prouincias babilonis Daniel vero gerat in babilone
et stabat in foribus regis etc

Post hec Nabuchodonosor fecit statuam auream altitudine cubitorum xl in
latitudine sex Et statuit eam in campo iuxta flumen et circumsepiuit
regis campum Et conuocauit rex omnes principes regionis ad
dedicationem statue Et precepit preconi dicens Si quis non adorauerit sta-
tuam mittetur in fornacem ignis ardentis Et adorauerunt omnes preter
tres socios Danielis Et succensa est fornax septuplo Et missi sunt vincti
cum vestibus ad medium fornacis Viros autem qui miserunt eos interfecit
flamma ignis Fornax autem succensa erat sarmentis et pice et stuppa
et effusa est flamma super fornacem [illegible] Azarias autem orauit dicens Iustus
es domine in spiritu humilitatis suscipiamur a te et sicut in holocausto
arietum sic fiat sacrificium nostrum hodie et continuabat dicens Benedictus
es domine deus patrum nostrorum Audiens hec rex accessit ad fornacem
Et ait Nonne tres viros misimus in igne Et ecce video quattuor solutos similem filio dei
Et vocauit eos rex et capillus in eis non erat combustus Et dixit rex non
est deus alius qui possit ita saluare et restituit eos in principatum provincie
Sequitur visio Nabuchodonosor dicens Ego Nabuchodonosor flo-
rens et clarus in superbia sompnium vidi quod perterruit et conturbauit
sapientibus Babilonis solutionem eius non indicauerunt michi donec
ingressus est Daniel Et dixi ei Super stratum meum videbam Et ecce
arbor in medio terre cuius proceritas usque ad celum et aspectus eius usque ad
terminos terre et esca uniuersorum in ea Sub ea habitabant animalia et
bestie et in ramis eius volucres et ex ea vescebatur omnis caro Et ecce vigil
sanctus de celo descendit Et ait Tunc Daniel tacitus cogitabat et ait Tu
es rex arbor illa et potestas tua in terminos terre et audisti quod vigil
sententia altissimi super te et ab hominibus eicient te et cum feris erit habitacio
tua fenum ut bos comedes septem anni mutabuntur super te donec scias
quod dominetur excelsus et relinquent tibi germen radicis et regnum tuum
restituetur tibi Quapropter elemosinis redime peccata tua forsitan
ignoscet tibi deus Factum est autem post annum Et ambulabat rex in aula
et loquebatur in spiritu elacionis dicens Nonne hec est Babilon quam edificaui
in robore regni et in gloria decoris mei Et ecce vox de celo ruit Tibi
dicitur Nabuchodonosor Regnum transiit a te et cum feris habitabis donec
scias quod dominetur excelsus Ipsa hora abiectus est et fenum ut bos comedit
donec capilli eius crescerent et vngues eius quasi auium crescerent Igitur
post dies diffinitos a domino Ego Nabuchodonosor leuaui oculos meos ad celum
et sensus meus redditus est michi Et benedixi altissimo et in regno meo
restitutus sum Non apparet Et non corpus mutatum sed mentis alienacionem passus
est et ablatus est vsus lingue ad loquendum Et videbatur ei quod bos esset in
anterioribus et leo in posterioribus Multi quoque credebant et videbant eum
Solus Daniel non credebat et toto tempore alienacionis eius regnum procurabat
curabat Et ad preces eius septem anni in septem menses versi sunt In quibus
xl diebus in insania perseuerabat et per alios xl recurrens ad [illegible] et
plorabat Et supplicauit deo [illegible] quod continuis fletibus oculi eius ut caro
fierent Et iterum per alios xl dies vertebatur ad insaniam donec septem
menses implerentur Postquam restitutus est non tamen regnauit sed statuit
sub se septem iudices Et ad finem septem annorum penitenciam agens panem
et carnes non comedit et vinum non bibit leguminibus et herbis vescebatur
iuxta consilium Danielis Post hec mortuus est Nabuchodonosor magnus Et
regnauit pro eo filius eius Nabuchodonosor Iste obsedit Tyrum [illegible]
annis et decem mensibus Quo mortuo regnauit Evilmerodach frater
eius [illegible] diebus [illegible] Iste [illegible] et
restitutus [illegible] apud eum [illegible] ubi iacebat Ioachim Et
posuit eum rex super thronum regis et comedebat coram rege cunctis

diebus vite sue. Timens rex ne resurgeret pater suus qui de bestia re-
dierat in hominem, cadaver eius effossum divisit in trecentas partes et
dedit eas trecentis vulturibus. Et ait ad eum Joachim: Non resurget
pater tuus nisi vultures reddant in unum. Hic habebat tres filios
quorum unus dictus est baltasar ad quem post fratres devolutum est regnum

Porro anno primo baltasar vidit daniel sompnium cuius summa
est hec. Sic ait: Videbam. Et ecce quatuor venti pugnabant in medio maris
et quatuor bestie descendebant de mari. Et prima quasi leena et ha-
bebat alas aquile et avulse sunt ale eius et sublata est de terra et super
pedes stetit quasi homo et cor eius datum est ei. Secunda bestia similis erat urso in
parte et tres ordines erant in ore eius et dentibus. Et dicebat ei: Surge
et comede carnes plurimas. Tercia bestia erat quasi pardus et habe-
bat alas avis et quatuor capita erant in ea et data est potestas ei. Quarta
bestia terribilis et fortis dentes ferreos habens et comedens reliqua et
pedibus conculcans et hec bestia habebat decem cornua etc.

Et vidi iterum in visione mea cum essem super portam Vlay quod est nomen porte
Susis sive castri ante portam. Et ecce aries unus erat ante portam iuxta
paludem habens cornua excelsa et unum excelsius altero atque sublimius
et ventilabat cornibus ad occidentem, aquilonem et meridiem et omnes
bestie non poterant resistere. Et ecce hircus veniebat ab occidente et
non tangebat terram. Sic venit ad arietem quem videram et efferatus
est in eum et percussit arietem et comminuit duo cornua eius et orta sunt
et alia quatuor cornua. Et de uno eorum egressum est cornu modicum
et factum est grande. Cumque quereret daniel intelligenciam sompniorum ga-
briel venit ad eum et exposuit ei etc.

Factum est ut cirus et darius reges obsiderent baltasar babi-
lone. Baltasar vero fecit grande convivium optimatibus. Et iussit
afferri vasa que tulerat nabuchodonosor de templo domini et bibebat in eis
deos suos laudabat. In eadem hora apparuit contra eum manus scribens
in pariete. Cumque rex vidisset scripturam pars que manus erat [illegible] totus
datus est et misit nuncios ut introducerent magos. Et ait ad eos: Qui
legerit scripturam hanc et exposuerit eam purpura vestietur et erit
tercius in regno meo. Illi autem non poterant legere scripturam. Et ingressa re-
gina scilicet mater. Et ait: Est vir in regno tuo qui spiritum deorum habet.
Cumque introisset daniel promisit ei rex mu-
nera et omnia tibi dicet. Cui daniel: Munera tua sint tibi vel alii da. Scrip-
turam quam super posuerat legam et exponam et nosti quod dedit regnum patri tuo et non
plura aut legam et exponam et nosti quod dedit regnum patri tuo et non
cognovit eum propterea ut bos fenum comedit donec cognosceret. Tu quoque cum
cognovisti eum propterea ut bos fenum comedit donec cognosceret. Tu quoque cum
superbiam elevatus es contra dominum et vasa domini prophanasti tradens ea mausis(?) et mu-
lieribus. Propterea ista cerne te scripta sunt Mane thechel phares. Deus signat
dies. Propterea ista cerne te scripta sunt. Mane thechel phares. Mane sonat
numerum. Appensio. Divisio. Et est sensus: Numeravit deus regnum
tuum et complevit vel finitum est regnum. Tu phares fragmentum signi-
ficat. Eadem nocte capta est babilonia
et tradidit rex equiciam danieli. Eadem nocte capta est babilo-
nia et interfectus est baltasar. Et successit ei darius. Qui cirus
tyreo. Et interfectus est baltasar. Et successit ei darius. Qui cirus
regnum maiori deditus deserebat. Porro darius constituit danielem
unum de tribus satrapiis qui preerat toti et propter artes. Et cogitabat
rex constituere eum super omne regnum. Unde principes invidebant ei et querebant
occasionem accusandi. Ullam que invenerunt eo quod fidelis erat et nunquam
non attenderet. Et dixerunt principes: Non inveniemus occasionem contra eum nisi
in lege dei sui. Et dixerunt ad regem: Consilium inierunt principes
regni tui. Et qui petierit aliquid a quoquam deo vel homine usque ad dies triginta
nisi a te rex, mittetur in lacum leonum. Nunc itaque confirma sententiam
et scribe decretum. Et adquievit rex. Porro daniel ingressus domum suam

tribus vicibus orabat in die ad deum scilicet hora tercia sexta et nona quia
sic solebant iudei adorare. Hora tercia adorabat quia tunc datus eius
dyalogus legis in synagoga. Ipsa hora orat etiam quia datus est spiritus sanctus super apostolos.
In sexta hora orabant iudei quia tunc erectus est serpens in deserto eneus.
In eadem hora orabat etiam quia tunc suspensus est christus in ligno. Et nona ora-
bat quia tunc dedit petra in deserto aquam. Ipsa hora etiam quia tunc de
latere fluxit sanguis et aqua. Cumque invenissent illi danielem orantem
accusaverunt eum de transgressione decreti. Et contristatus est rex laborabat
et eo usque ad occasum solis. Principes autem dixerunt regi Scito quia lex
est huius regni ut decretum regis non liceat immutari. Tunc miserunt da-
nielem in lacum leonum et signavit rex anulo suo et anulo suorum opti-
matum lapidem qui positus erat super lacum. Et rex incensus tota nocte
dormivit in sompnum mane autem flevit rex ad lacum. Et ... clamavit
serve daniel serve dei putasne deus tuus liberare te a leonibus
Qui respondit Deus meus misit angelum suum et conclusit ora quia non est in-
venta in me iniquitas. Et eductus est de lacu ... Et dixerunt
principes non ex deo est hoc factum quia saturati erant leones. Tunc
rex iussit dari leonibus intrans carnes eius quia ... accusatores dani-
elis misit in lacum cum uxoribus et filiis et non pervenerant usque ad pa-
vimentum donec leones omnia ossa eorum comminuerunt. Tunc scripsit rex
Darius universo regno Persarum. Paveat omnes deum danielis quia ipse est
deus in eternum. Et prosperavit daniel pluribus diebus.

Porro susanna uxor joachim pulchra erat nimis et exarserunt
in eam duo seniores iudices anni illius. Hii ingressi post meridiem
pomerium helchie. Et ingressa est susanna volens lavari et e-
misit puellas ut afferrent smigmata. Tunc occurrentes senes ad
eam dixerunt Consenti nobis alioquin feremus contra te testimonium adulterii.
Et elegit susanna cadere in manus eorum quam peccare in conspectu dei. Et excla-
mavit. Et accurrentes famuli erubuerunt cum audissent senes. Altera
die statuta est susanna coram iudicibus et ponentes senes manus suas
super caput eius testati sunt vidisse iuvenem et ipsam peccare commisceri.
Et condempnaverunt eam usque ad mortem. Et clamavit susanna ad dominum
Domine tu scis quia innocens morior. Cumque traheretur suscitavit deus spiritum
puerum cui nomen daniel. Item est redeundum ... quia dixit danielem mor-
tuum fuisse et tunc suscitatum et de incepere fuisse ... Sed tunc mar-
... dominus spiritum sanctum fuisse in eo qui prius in eo latuit. Et dixit
daniel ad populum Revertimini ad iudicium quia falsum testati sunt. Cumque
revertissent separavit senes abinvicem. Et adducto primo dixit Sub
qua arbore vidisti eos colloquentes. Qui ait Sub scino. Et adducto
alio dixit Sub prino. Et clamavit populus voce ... et interfecerunt
eos. Et factus est daniel magnus in populo. de ydolo

Erat autem in babilone ydolum nomine bel. Cui offerebat rex sin-
gulis diebus xii similas et xl oves et sex amphoras vini. Et
rex adorabat illud. Et dicebat danieli Quare bel non adoras
Qui respondit Ego colo factorem creatorem celi deum viventem. Et ait
rex Non videtur tibi bel deus vivus qui tanta comedit et bibit
Qui respondit Intus luteus est et foris ereus et numquam comedit. Et
vocavit rex sacerdotes Et ait Nisi dixeritis mihi qui comedat
expensas istas moriemini. Si autem bel comedit morietur daniel. Erant
autem lxx sacerdotes exceptis uxoribus et parvulis. Et venit rex cum da-
niele in templum. Et dixerunt sacerdotes Nos egredimur foras
et tu rex pones vinum et escas et claude hostium et signa anulo
tuo Et si mane non inveneris omnia comesta a bel moriemur. Et

est factum Et daniel cribrauit cineres super pauimento coram rege et
clausum est hostium et signatum cum anulo regis Sacerdotes autem in ipsa
nocte iuxta consuetudinem suam cum uxoribus et paruulis et sumpserunt
omnia que erant per introitum subterraneum sub mensa Diluculo uenit rex
et daniel cum eo Et inuenerunt signa salua Cumque apertum esset hostium
uidit rex mensam uacuam Et exclamauit Magnus est bel Et tenuit
daniel regem et ait Considera uestigia pedum super pauimentum Et
uidit rex sacerdotibus inuenit hostiola et occidit sacerdotes Et dedit
bel in manum danielis qui subuertit cum templo //
Erat autem in eodem loco draco latens subterranea in spelunca et adora
bat eum babilonii Sacerdotes sui habebant uasa facta de cornibus
uitulorum et [illegible] ea [illegible] ut faceret sonum
terribile et [illegible] ad que [illegible] draconis [illegible] ignis [illegible] qui
[illegible] Et dixit rex danieli Ecce potes dicere quod iste non sit deus ui
uus Et ait daniel Da michi potestatem et interficiam eum absque
[illegible] Et dedit ei Et tulit ergo daniel picem adipem et pilos et
[illegible] fecit quod massas et dedit in os draconis et suffocatus
[illegible] Et indignati babilonii dixerunt Judeus factus est rex Et dixe
runt ad regem Trade nobis danielem uel interficiemus te Et compulsus
tradidit eum Qui miserunt eum in lacum leonum Et erat ibi septem
diebus In lacu erant septem leones Et dabantur eis cottidie duo corpora
dampnatorum et due oues Et tunc non sunt data eis ut comederent
danielem Erat autem abacuk propheta in iudea qui ferebat pulmentum
messoribus Cui ait angelus Fer pulmentum danieli in babilone Qui
ait [illegible] babilonem non uidi et lacum nescio Et tu
lit eum angelus capillo capitis et posuit eum super lacum Et clamauit
abacuk daniel serue dei Tolle prandium quod misit tibi deus Et grates
agens daniel comedit Mox angelus restituit abacuk in locum suum
Venit itaque rex die septimo ut lugeret danielem et uidens eum se
dentem in medio leonum Exclamauit Magnus es domine deus danielis
et extraxit eum de lacu Persecutores autem suos intromisit et deuorati
sunt coram eo Porro abacuk erat de tribu symeon et prophetauit de
captiuitate [illegible] et de liberacione iudeorum [illegible] domine
audiui [illegible] Et mortuus est et sepultus in agro suo solus Porro de da
niele [illegible] superuixerit post reditum iudeorum nescimus Mortuus e
autem et sepultus in sepultura regali solus cum gloria de tyro
Postea mortuus est darius Et post eum regnauit tyrus monarchi
am tenuit orientis Iste fuit nepos darii ex sorore et nepos
astiagis regis ex filia Sic autem legitur de natiuitate tyri Astiad
ges rex per unicam habuit filiam hic uidit sompnium quod de genitalibus filie
oriebatur uitis que totam occupat asyam Et conuocauit coniectores
et cepit ab eis se habiturum nepotem ex filia qui dominus esset asye Et
[illegible] a regno Qui timens tradidit filiam ignobili uiro
ne filius nasceretur ex ea nobilis et potens Preterea cum filia esset
pregnans natum ex ea filium accepit et [illegible] suo tradi
dit occidendum Qui reddens regine [illegible] filium suum
[illegible] est [illegible] de pastoribus tradidit exponendum in nemore
Pastoris uxor cum [illegible] puerum [illegible] diebus illis pepe
rat [illegible] supplicabat ut puerum afferret ei alendum et ipsum filium expo
neret Et cum redisset pastor ad ipsum inuenit canem [illegible] ei
ubera et a feris et auibus defendentem Cumque tulisset eum ad uxorem
allusit ei paruulus tanquam [illegible] Vocatusque est ab eis nomine [illegible]
[illegible] Qui cum [illegible] a pueris ludentibus factus est

regem eorum et inobedientes sibi graviter affligebat. Cum dolerent pueri
priorum detulerunt querimoniam ad regem de filio pastoris. Quem cum vocasset
rex et arguisset eum quod pueros plagasset, ille intrepidus regem eorum
se esse dixit. Et admiratus rex quedam signa generis sui in eo deprehendit.
Et vocato pastore terrensque eum veritatem agnovit. Verumtamen timor
quem coniectores ei predixerant de nepote mitigatus est, quod putabat
impletum esse unum eorum in regno puerorum. Unde eum cui commiserat puerum
occidendum commisit alendum non iudicans eum esse nisi filium pastoris.
Factum est autem ut Astyages traderet exercitum illi satrape cui com-
miserat puerum ad hostes expugnandos. Ille autem non immemor ma-
licie regis persuasit exercitui ut spoliato rege eligerent in presidem.
Et cognominavit eum Cyrum quod interpretatur heres, qui dicit licet
recluderet Astyages tamen hic est heres. Et rex collecto exercitu con-
gressus est adversus Cyrum et fugerunt Perse viri illi qui cum Cyro erant. Po-
rro autem fugientium et matres eorum obvie facte sunt ad eos et detectis
pectoribus suis dicebant: Nunc in fugam conversi estis. Vultis ne intrare
in uteros matrum et remeasti. Et pudore excitati et confortati cru-
deliter redierunt in hostes et victus est Astyages. Cyrus autem ma-
nsuete exhibuit se illi quasi vitare nepotem. Nam regnum Hyrcanorum sub-
cessit ei. Dario vero tantum fratri matris sue tradidit regnum Me-
dorum cum subiecta sibi prius recuperandi adeptum.
Itaque cum universorum regnum devolutum esset ad eum, primo
anno regni sui suscitavit dominus spiritum eius ut compleretur verbum Jeremie
et etiam Ysaie qui ante ducentos et decem annos prescripserat de eo:
Dominus dicit christo meo Cyro cuius apprehendi dexteram ut subiciam
ante faciem eius gentes. Ipse reedificabit domum meam in Jerusalem. Cyrus
autem dedit libertatem omnibus iudeis et licentiam redeundi in Iudeam
edificandi domum dei. Et qui nollent ascendere iuvarent ascendentes
in pecunia iumentis et vestibus. Inter iudeos autem natus fuerat Zach-
arias in Chaldea et ibi prophetabat. Primi autem ascendebant vi-
ri Iuda in Jerusalem. Postea vero viri Beniamin et levite et in
ascendendo compleverunt tres annos. Igitur tercio anno Cyri egressi
sunt iudei sub Zorobabel duce et Jhesu magno sacerdote et Zacharia
propheta et Aggeo iuvene qui nondum propheta. Et reversi sunt in Jerusalem. Et re-
misit Cyrus quinque milia vasorum domus domini. Porro reversis secundo anno congregatus
est populus quasi vir unus in Jerusalem et edificaverunt altare. Collocaverunt illud
super bases suas et obtulerunt illud holocausta domino. Fecerunt et solemnitatem
tabernaculorum. Unum vero habuerunt usque non fuit nisi pro tabule veteris
altaris compleverunt illud. Anno autem 2o mense 2o iecerunt fundamenta
templi. Quod audientes Samarite dixerunt iudeis: Edificemus vobiscum.
Et renuerunt duces Israel: Non est vobiscum edificare. Cumque apposui-
sent fundamenta templi elevavit populus vocem iubilantes. Seniores quidam sem-
per qui viderant templum prius flebant voce magna non poterant discer-
nere vocem flentium et letantium. Porro Samarite impediebant eos et
cum ipse Cyrus impedire non posset dederunt munera principibus regis Persarum
ut impedirent eos quamvis triginta annos usque Cyrus regnavit non erexe-
runt muros templi nisi usque ad ... Postea Cyrus congressus bello
est cum regina Massagetarum victus et occisus est, cuius caput eius precisum
in utrem plenum sanguine humano proiecit dicens: Satia te sanguine quem sitisti.
Cum mortuus est Cyrus successit ei filius eius Cambises, quem Esdras
Artaxersem, Josephus Assuerum vocat. In historia vero gentilium vocatur
Nabuchodonosor. Hunc principes terre induxerunt ut interdiceret
Hebreis reedificationem templi. Quibus assensit Cambises potenter
interdixit eam per epistolas. Sicque intermissum opus dei in Jerusalem usque ad

secundo anno Darii. Porro sub Cambyse factum est quod in hystoria Judith legitur

Hystoria Judith

Hanc hystoriam transtulit Jeronimus ad petitionem Paule et
Eustochii de Caldeo in latinum. Postquam Cambyses qui
Nabuchodonosor cognominatus fuerat monarchie potestate
exaltatum est cor eius et misit ad omnes qui habitabant
in Cilicia et Damasco et Libano et Carmelo Galilea et
Samaria et usque ad terminos Ethiopie ut ab eis tributa exigeret.
Qui omnes uno animo contradixerunt. Unde Na-
buchodonosor iratus juravit per thronum suum quod defenderet se de omnibus. Igitur anno
tertiodecimo regni sui precepit Holoferni principi milicie ut egrederetur
ad regiones illas et nulli parceret. Qui egressus cum exercitu operuerunt
terram sicut locuste. Qui cum vastasset multas regiones miserunt ad
eum principes provinciarum dicentes: Desinat ira tua circa nos. Veni paci-
ficus nobis et utere servitio nostro. Et descendit Holofernes cum virtute
magna et obtinuit civitates omnes et destruxit eas et omnes deos terre
exterminavit. Dixit enim: Voluit Nabuchodonosor ut ipse solus esset deus. Et au-
dientes filii Israel timuerunt valde et munierunt angusta viarum et
humiliaverunt se coram Domino. Et operuerunt sacerdotes altare cilicio
et offerebant holocausta. Nunciatumque est Holoferni quod vellent resistere. Et
interrogavit qui essent et unde venissent et quod esset virtus eorum. Cui
Achior dux super filios Ammon dixit ei qui essent et unde venissent. Et addi-
dit perscrutare si deus eorum offensus sit eis alioquin non expugnabis eos.
Et iratus Holofernes dixit: Nunc ostendam tibi quod non sit alius deus nisi
Nabuchodonosor. Et precepit Holofernes ut ipse Achior traderetur Hebreis ut cum
illis periret. Cumque iussu regis traheretur Achior obtulerunt eum fundibulari
illi. Et cum exposuissent eum ancillarii solventes duxerunt ad principem Judeorum. Et cum exposuisset eis omne
tristis missus esset accepit eum Ozias in domum suam. Factum est autem ut in-
veniret Holofernes ductum aquarum quod fluebat in civitatem a meridie
quod habebat aquam de alveo et interrupto ductu aque abstulit eis
aquas. Erant autem non longe a muris fonticuli quibus furtim vide-
bantur haurire. Et dixerunt quidam ad Holofernem: Filios eorum obtinere
sine bello. Et precepit apponere fontibus custodes. Et apposuit et defecit
aqua de cisternis. Unde convenerunt Hebrei et dixerunt: Melius est nobis
servire Holoferni quam siti perire. Et dixerunt sacerdotes: Sustineamus
ad huc per quinque dies si forte faciat nobiscum deus misericordiam. Erat autem in
civitate vidua Judith nomine mulier pulchra nimis filia Merari de tribu
Ruben que arguit sacerdotes eo quod temptassent Deum et terminum dierum
exposuissent misericordie eius. Et ait ad eos: Opus dei volo facere quod non indicabo
vobis. Stabitis hac nocte ad portam civitatis et Oziam nobiscum non
egrediatur per manum vestram. Judith autem oravit ad Dominum dicens: Domine Deus
mei Symeon qui dedisti ei gladium in alienigenas, dirige manum istam
tue. Cumque cessasset lavit se et unxit se mirto optimo et induit se vestibus
iocunditatis sue et portavit abram suam id est ancillam et imposuit scapule
eius et copiam vini et vas olei et polentam et panes sicut cibum de aliis
confertum et pomorum et caseum et pistam. Et cumque venerunt per castra mirantes
eius pulchritudinem. Cumque descenderet mane tenuerunt eam exploratores
eorum. Et duxerunt ad tabernaculum Holofernis qui statim captus est
oculis eius. Sedebat autem Holofernes in canopeo purpureo et gemmis
et auro contexto hoc est sericum rete in modum muscarum. Et dixerunt Assyrii:
Quis contemnet populum Hebreorum qui tam pulchras mulieres habet